

# Baruch

scdm illad. Capite nobis vulpes quæ demoliuntur vineas.  
**I**n eternum. Idem dauid tu aut dñe in eternu p. et alibi. tu aut idem  
 ipse es t. Perma nebis. Non est tempalis mälo nec localis. nec aliud qz  
 ipse. sed ipsa vna et individua et permanens essentia quasi quānis filius se ex  
 inanerit for. s. ac manet tam in eternu.

**S**olum tuu. t. Sedes tu a. d. i. f. s. et alibi. Regnū. t. reg. o. se. dñ so  
 lium and's intellige iudicem; et tim e. quasi tēn time. et mādata. e. o. si sc̄  
 dum boiem iudicatur  
 regnū in eius est inge  
 num.

**Quare imper/  
 petuum.** Post omi  
 modas lamentationis  
 species ad eum solū p/  
 ces conuertit qui solus  
 potest colosari.

**Quare impetuuz**  
 Hoc nobis assidue ex  
 orandum ne oblinisca  
 tur nostri ne terelinqt  
 n. impetuū qd bñ vo  
 cibus oramus. sed me  
 lius rebo exoram'. Si  
 mas ergo memores ei'  
 ne obliniscar' nostri. qz  
 non obliniscar' misle  
 tens-nisi nos oblinisca  
 mur. et si oblinisca  
 mur. ipse grām inspirat. ob  
 linionem fugat. vñ re  
 miscetur et puer ad  
 vni si terze.

**O**bliniſceris. Cui sim ille est illud. vñque quo dñe obli. m. i. f. non qz  
 obliniscat. m. d. led cu differt auxiliari vide oblit'. vt si accedat desideri  
 um. et dulcis sit solaciu. et ipse interim rideat de penis innocētū. Sicut si  
 gulas vase sua probat vt vase in honorē faciat qz uasa si. p. fornax

**Couerte.** Connertēdo. quia conuersio repationis inīciū est diep. in  
 nouatio eternitatis pceptio.

**Couerte nos. d.** Auerstiones nostræ multæ sunt. vnde alibi. Couer  
 tenos d. s. n. couerte p. gratia et couertemur quantā est in nobis arbitrio li  
 bertatis. vñ gratia deis sum id. q. sum. et gratia. e. i. m. u. n. f. Gratia enim  
 vocatis precedit. et excitat libertatē voluntatis. Nostrū est qz decidim' dei  
 qz resurgimus. Hoies enī caro sunt. sp̄ns. va. et n. re. nō est enī volētis ne  
 qz cur. ed miserētis dei. Notandū tñ qz gratia dei nō pertinetur; nisi et no  
 stra voluntate pertinetur. est aut quoddā velamē nostræ infirmitatis sensi  
 bus nostris obiectū. qz nisi illuminatione dei fuerit remotū. pertinet nō vale  
 mus. libertas ergo p. gratia reddit. Sc̄mp ergo nobis orandum est. conuer  
 tenos domine.

**Innova.** t. Ad hoc principium renocamur cu couertimur cu ad il  
 lud puerinus in noua bimur. Inueterati enim et corrupti sumus. et dies  
 eternitatis pedilimus quos p. conversionē recipimus. vnde alibi. conuerte  
 me domine. et couertar ad te.

**Iratuſ es.** t. Prima repulſio est qua temptatori tradimur. Secū  
 da cu ſeptati succubimus ad te prandū sine ira dei repellimur; de qua dici  
 tur. nō repulſit deus plebe suam quam preſcivit. qn aut vincimur et poſtea  
 nō penitemus irascitur deus vehementer. vñ quis. nouit potestate ire. t. z. et  
 Aliqñ enī irascit vt pater qn verbis increpat delinqūtem et facit peniten  
 tem. Irascitur aut et dñs qn corripit vt durus. et statim vñficitur. vñ mo  
 yes. Ne irascatur furor tuus cōtra pp̄lm tuū. Ut index irascetur cu dicet.  
 Ite male. t. cum iam nec penitētē nec venie locus erit.

**Gilberetus.** Sufficiant hec ad expositionē lamentationū hieremi et  
 qz de patr̄ fontib⁹ hanc ego gilbertus antisiodoreſis eccl⁹ dyachon⁹.

# C. I.

**I**ncepit pſatio in libz Baruch prophete.

**B**aber iste qui baruc noīe p̄gnata ur  
 in hebreo canone non habet. sed tm̄  
 in vulgata editione: similit̄ et cpl̄a hi  
 remiq. Propter noticiā aut legentū hic ſcp̄  
 ta ſunt: qz multa de christo nouissimisqz tem  
 poribus indicat.

**I**ncepit Baruch propheta.

## C. Thec uerba libri

que ſcripsit baruch filius nerig  
 filij maasie filij ſedechiq filij ſe  
 dei filij belchiq i babylonia in  
 anno quinto et in septia die men  
 sis: in tempe quo ceperūt chaldei hierusalē.  
 et ſuccederūt eam igni. Et legit baruch ver  
 ba libri huius ad aures iechonię filij ioachi  
 regis iuda. et ad aures vniueſi populi veni  
 entis ad lib:ū. et ad aures potentium filiorū  
 regū et ad aures p̄ſbiterorū et ad aures po  
 puli a mimo vſq ad maximū eorū: oīm habi  
 tantiū in babylonia ad flumen ſodi. Qui au  
 dietes plorabāt et ieiunabāt et orabāt in con  
 ſpectu dñi. Et collegerūt pecuniā ſcdm qz po  
 tut vnius cuiusq manus. Et miserūt in hie  
 rusalē ad ioachim filium belchiq filij ſalon ſa  
 cerdotem: et ad reliquos ſacerdotes et ad om  
 nē populu qui inueneti ſunt cu eo in hierusalē  
 cu acciperēt vasa templi dñi qz ablata fuerāt  
 de templo renocare in tezā iuda. decima die  
 mēſis ſiban. vasa argētea qz fecit ſedechias fi  
 us iofis rex iuda poſtea qz cepiſſet nabucho  
 donosor rex babylonis iechonię et p̄cipes  
 et cūctos potētes et populuz terre ad hierusa  
 lem et duxit eos vinctos in babylonē. Et dix  
 erūt. Ecce m̄ſimus ad vos pecunias de qui  
 b̄ emite holocaustomata et ibus et facite mā  
 na. et offerte pro peccato ad aram dñi dei no  
 stri. Et orate pro vita nabucho donosor regis  
 babylonis. et pro vita balthasar filij eius ve  
 ſint dies eorū ſicut dies celi ſuper terrā. et vt  
 det dñs virtutē nobis. et illuminet oculos no  
 stroſ: vt viuamus ſub vmbra nabucho do  
 nosor regis babylonis et ſub vmbra baltha  
 sar filij eius. et ſeruiamus eis multis diebus  
 et inueniamus gratia in conspectu eorū. Et p  
 nobis ipſis orate ad dominū deū noſtrū: qz  
 peccauimus domino deo noſtro. et nō ē au  
 ius furor eius a nobis vſq in hūc diem. Et  
 legit librum iſtū quem miſimus ad uos reci  
 tari. in templo domini in die ſollēni. et in die  
 opporſuno. Et diceris: Domino deo noſtro  
 iuſticia: nobis autē confuſio facie. noſtre ſi  
 cut est dies hec omni iuda et habitatibus in  
 hierusalē regibus noſtris et p̄cipibus no  
 ſtris et ſacerdotibus noſtris. prophetis no  
 ſtris et patribus. Peccavimus an dominus  
 deum noſtrū. et nō credimus diffidentes i  
 enī. et non ſuimus ſubiectibiles illi: et nō au  
 diuimus vocem ſomini dei noſtri vt ambu  
 laremus in maiadatis eius que dedit nobis  
 A die qua egyptiſ nos troſ d terza egypti

usq ad diem hanc eramus incredibiles ad dominum deum nostrum et dissipati recessimus ne audiremus vocem ipsius. Et adheserunt nobis multa mala et maledictiones que constituit dominus moysi seruo suo: qui edurit patres nostros de terra egypti dare nobis terram fluenter lac et mel: sicut hodierna die. Et non audi uimus vocem domini dei nostri secundum omnia verba prophetarum quos misit ad nos et ad iudices nostros. et abiuimus unusquisque in sensum cordis nostri maligni operum dierum alienis: facientes mala ante oculos dominii dei nostri.

C. II.

**P**ropter quod statuit dominus deus noster verbum suum quod locutus est ad nos et ad iudices nostros qui iudicauerunt in hierusalem et ad reges nostros et ad principes nostros et ad omnem israel et iuda: ut adduceret dominus super nos mala magna quia non sunt facta sub celo quemadmodum facienda sunt in hierusalem secundum quae scripta sunt in legge moysi ut manducaret hoc carnes filii sui et carnes filiorum suorum. Et dedit eos sub manu regum omnium qui sunt in circuitu nostro in improperiis et in desolatione et in omnibus populis in quibus nos dispersi dominus. Et facti sumus submersi et non supra: quia peccauimus domino deo nostro: non obaudiendo vocem ipsius. Domino deo nostro iusticia: nobis autem et patribus nostris confusio facie: sicut est dies hec. Quia locutus est dominus super nos omnia mala hec que venerunt super nos et non sumus deprecati facie domini dei nostri: ut reuerteremur unusquisque nostrum a viis nostris pessimis. Et vigilauit dominus in malis et adduxit ea super nos: quia iustus est dominus in omnibus opibus suis quam maledixit nobis et non audi uimus voce ipsius ut iremus in preceptis domini quod dedit ante faciem nostram. Et nunc domine deus israel qui eduxisti populum tuum de terra egypti in manu ualida et in signis et in prodigiis et in virtute tua magna et in brachio excuso et fecisti tibi nomen sicut est dies iste: peccauimus: impie gessimus iniquum egimus domine deus noster in omnibus iusticiis tuis. Auertatur ira tua a nobis: quia derelicti sumus pauci inter gentes ubi dispersisti nos. Exaudi domine preces nostras et orationes nostras. et educ nos propter te et da nobis inuenire gratias ante faciem eorum qui nos abduxerunt: ut sciat omnis terra quia tu es dominus deus noster: et quia nomen tuum inuocatum est super israel et super genitum ipsum. Respice domine de domo sancta tua in nos et inclina aurum tuum et exaudi nos. Aperi oculos tuos et vide: quia non mortui qui sunt in inferno quoniam spiritus acceptus est a vils corporibus suis: dabunt beneplacitum et iustificationem domino: sed anima Christi est super magnitudinem mali: et incedit virtus et iustitia et oculi deficietes: et anima esuris dat tibi gloriam et iusticiam domino: et non secundum iusticias

patrum nostrorum nos fundimus preces et petimus misericordiam ante conspectum tuum domine deus noster: sed quod misisti iram tuam et furorem tuum super nos: sicut locutus es in manu perorum tuorum prophetarum dicens. Sic dicit dominus: Inclinate humerum vestrum et cervicem vestram et opem facite regi babylonis: et sedebitis in terra quam dedi patribus vestris. Quid si non feceritis nec audieritis vocem domini vestri operari regi babylonis: defectionem vestram faciam de ciuitatibus iuda et a foris hierusalem et aufera a vobis vocem iocunditatis et vocem gaudii et vocem sponsi et vocem spose: et erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam. Et non audierunt vocem tuam ut operarent regi babylonis: et statuisti verba tua quia locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum ut transferrent ossa regum nostrorum et ossa patrum nostrorum de loco suo. Et ecce sunt projecta in calore solis et in gelu noctis et mortui sunt in doloribus pessimis: in fame et in gladio et emissione. Et posuisti templum in quo inuocatus est nomen tuum in ipso sicut hec dies propter iniquitatem domus israel et domus iuda. Et fecisti nobis domine deus noster secundum omnem bonitatem tuam et secundum omnem miserationem tuam illam magnam sicut locutus es in manu pueri tui moysi: in die qua precepisti ei scribere legem tuam coram filiis israhel dicens: Si non audieritis voces meas: multi tudo hec magna conuertetur in minimam gentem: quoniam eos dispergam: quia scio quod me non audiet populus. Populus est enim durus et cenuice. Et conuertetur ad cor suum in terra captiuitatis sue: et scient quia ego sum dominus deus eorum. Et dabo eis cor et intelliget et aures et audient. Et laudabit me in terra captiuitatis sue et memores erunt nominis mei. Et auerterent se a dorso suo duro: et a malignitatibus suis: quia reminiscetur viae patrum suorum qui peccauerunt in me. Et revocabo illos in terra quam iurauit patribus eorum abraham ysaac et iacob: et dimisibuntur eius. Et inveni cipabo eos: et non minorabuntur. Et statuam illis testamentum alterum semperiternum ut sim illis in deum: et ipsi erunt mibi in populis. Et non moueo amplius populum meum filios israel a terra quam dedi eis.

C. III.

**E**t nunc domine omnipotens deus israel: anima in angustiis et spiritus anxius clamat ad te. Audi domine et miserere quod deus es misericors: et miserere nostri quia peccauimus ante te. Quia tu sedes in semperiterno: et nos peribimus in eum: Domine omnipotens deus israel audi nunc orationem mortuorum israel et filiorum ipsorum qui peccauerunt ante te et non audierunt vocem domini dei sui: et agglutinata sunt nobis mala. Noli meminisse iniurias patrum nostrorum: sed memento manus tue et nominis tui in tempore isto: quia tu es dominus deus noster: et laudabimus te domine

quia propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris. et ut inuocemus nomen tuum et laudemus te in captiuitate nostra; quia convertimur ab iniquitate patrum nostrorum qui peccauerunt ante te. Et ecce nos in captiuitate nostra sumus: hodie quo nos dispulisti in improbum et in maledictum et in peccatum secundum omnes iniquitates patrum nostrorum qui discesserunt a te domine deus noster. Audi israel mandata veritatem: auribus percipe ut scias prudentiam. Quid est israel quod in terra iuniorum corum es? Inueterasti in terra aliena: coinqui natus es cum mortuis. Deputatus es cum descendenteribus in infernum. dereliquisti fontem sapientie. Nam si in via dei ambulasses: habicassest utique in pace super terras. Disce ubi sit prudentia. ubi sit virtus ubi sit intellectus ut scias simul ubi sit longitudo uite et vicinus. ubi sit lumen oculorum et par. Quis inuenit locum eius? Et quis intravit in thesauros eius: Ubi sunt principes gentium. et qui dominantur super bestias quae sunt super terram? Qui in aubus celum ludunt: qui argentum thesaurizant et aurum in quo confidunt homines. et non est finis acquisitionis eorum. Qui argentum fabricant et solliciti sunt: nec est in uentio operum illorum. Exterminati sunt et ad inferos descenderunt. et alii loco eorum exurrexerunt. Juuenes viderunt lumen et habitaverunt super terram. Viam autem discipline ignorauerunt: neque intellecerunt semitas eius neque filium eorum suscepserunt eam. A facie ipsorum longe facta est. Non est audita in terra eba naan neque uisa est in theman. filii quoque agri qui exquisierunt prudentiam quae de terra est negoziatores terreni et themani. et fabricatores et expositores prudentie et intelligentie: viam autem sapientie nescierunt neque commemorati sunt semitas eius. Israel ergo magna est domus dei. et ingens locus possessionis eius. Magnus et non habens finem: excensus et immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum. Non hos elegit dominus: neque viam discipline inuenierunt. propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam in terierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in celum et accepit eam. et edidit eam de nubibus? Quis transfractuit mare et inuenit illam. et atulit illam super aurum electum? Non est qui possit scire vias eius: neque qui exquirat semitas eius. Sed qui scit uniuersa nouit eam. et inuenit eam prudentia sua. Qui preparauit terram in eterno tempore. et repleuit eam bipedibus et quadrupedibus. Qui emittit lumen et uadit. et uocauit illas. et obedit illi in tremore. Stelle autem dederunt lumen in custodiis suis. et letate sunt. Ulocate sunt. et dixerunt. Adsumus. Et luxerunt ei cum iocunditate: qui fecit illas. Hic est deus noster et non estimabitur aliis aduersus eum. Hic adiuuenit omnem viam discipline et tradidit illam iacob pueru suo. et israel dilecto suo.

Post hec in terris visus est. et cum hominibus conuersatus est.

Ca. III.

**H**ic liber mandatorum dei. et lex quae est in eternum. Omnes qui tenent eam. peruenient ad vitam qui autem dereliquerunt eam. in mortem. Conuertere iacob et apprehende eam. ambula per viam ad splendorem eius contra lumen eius. Ne tradas alteri gloriam tuam et dignitatem tuam genti alieni. Beati sumus israel: quia que deo placent manifesta sunt nobis. Animorum esto populus dei memorabilis israel. Teneundati estis gentibus non in perditione. sed propter quod in ira dei ad iracundiam prouocatis dominum. traditique estis aduersariis. Exacerbastis enim eum qui fecit vos deum eternum: immolates demonum et non deo. Obliti enim estis eum qui nutrit vos. et contrastatis nutricem vestram hierusalem. Videlicet enim iracundiam a deo venientem vobis et dixit: Audite confines syon. Adduxit enim mihi deus lucum magnum. Vidi enim captiuitatem populi mei filiorum meorum et filiarum: quam superduruit illis eternus. Nutrivi enim illos cum iocunditate. dimisi autem illos cum fletu et lacrima. Nemo gaudeat super me viduam et desolatam: a multis derelicta sum propter peccata filiorum meorum quia declinauerunt a lege dei. Justicias autem ipsius nescierunt. nec ambulauerunt per vias mandatorum dei. neque per semitas veritatis eius cum iusticia ingressi sunt. Veniant confines syon. et memoretur captiuitatem filiorum et filiarum mearum: quam superduxit illis eternus. Adduxit enim super illos gentem de longinquorum gentem improbam et alterius lingue. qui non sunt reueriti senem. neque puerorum miseri sunt. Et abduxerunt dilectos viduae. et a filiis unica desolauerunt. Ego autem quid possum adiuuare vos? Qui enim adduxit super vos mala: ipse vos eripiet de manibus inimicorum uestrorum. Ambulate filii ambulate: ego enim derelicta sum sola. Erui me stola pacis: indui autem me sacco obsecrationis. et clamabo ad altissimum in diebus meis. Anime quiores estote filii. clamate ad dominum et eripiet vos de manu principum inimicorum. Ego enim speravi in eternum salutem vestram. et veit mihi gaudium a sancto super mise ricordia: quae veniet vobis ab eterno salutari nostro. Emisi enim vos cum luctu et ploratu reducem autem vos mihi dominus cum gaudio et iocunditate in sempiternum. Sicut enim viderunt vicine syon captiuitatem vestram a deo. qui superueniet vobis cum honore magno et splendore eterno. filii patienter sustinet iram qui superuerit vobis. Persecutus est enim te inimicus tuus: sed cito videbis protectionem ipsius et super cervices ipsius ascendas. Deliciati mei ambulauerunt vias asperas: ducti sunt enim ut gressus direptus ab inimicis. Aliores

estote filii: et proclamate ad dominum. Erice nō memoria vestra ab eo qui duxit vos. Sicut enim fuit sensus vester ut erraretis a deo: de cies tantū iterū querentes requiretis eum. Qui enim induxit vobis mala: ipse rursū ad ducet vobis sempiternam iocunditatem cum salute vestra. Anunequior esto hierusalē. Exhortatur enim te qui te noiauit. Nocētes peribunt qui te verauerūt: et qui gratulati sūt in tua ruina punientur. Limitates quib⁹ seruerunt filij tui: punitur: et accipit filios tuos. Sicut enim gauisa ē in tua ruina et leta ta est in casu tuo: sic cōtristabūr in sua desolatione. Et amputabitur exultatio multitudini sūt eius et gaudimoniū eius erit in luctum. Ignis enī impueniet ei ab eterno in lōgitur nis diebus: et habitabitur a demoniis in mīlitudine tempis. Circūspice hierusalē ad orientem: et vide iocunditatem a deo tibi venientem. Ecce enim veniūt filij tui: quos dumisi sti dispersos veniūt collecti ab oriente usq; ad occidentem: in verbo sancti gaudentes in honorem dei.

**E**xue te hierusalem. v.  
stola luctus et vexationis tue: et inde te decore et honore q̄ a deo tibi ē sempiterna gloria. Circūdabit te deus diploide iusticie: et imponet mitram capiti tuo honoris eterni. Deus enim ostendet splendorem suū in te omni qui sub celo ē. Nominabitur enī tibi nomen tuum a deo in sempiternum: pax iusticie et honor pietatis. Erurge hierusalē et sta in excelsō: et circūspice ad orientem: et vide collectos filios tuos ab oriente sole usq; ad occidentem: in verbo sancti gaudētis dei memoria. Exierūt enim abs te pedib⁹ ducti ab inimicis: adducet at illos dominus ad te portatos in honorez si cū filios regni. Constituit enim deus humiliare omnē montē excelsū et rupes perhenes: et cōualles replere iequalitatē terze: ut ambulet israel diligenter in honore dei. Ob umbrauerūt autem silue: et omne lignū sua uitatis israel mandato dei. Adducet enī de⁹ israel cū iocunditate in lumine maiestatis sue cū misericordia et iusticia q̄ est ex ipso. Incepit exemplū epistole eiusdem quā misit hie remias ad abductos captiuos in babyloniam a rege babyloniorū: vt annunciat illis hī quod preceptum est illi a deo.

c. VI.

**D**Ropter peccata que peccasti ante deum: abducemini in babyloniaz captivi a nabuchodono sor rege babyloniorū. Ingressu itaq; in babylone eritis ibi annis plurimis et temporibus lōgis usq; ad generationes septez: post hoc autē educam vos inde cum pace. Nunc autē videbitis in babylonia deos aureos et argenteos et lapideos et ligneos in humeris portari ostētantes metum gentibus. Videte ergo ne et vos similes efficiamini factis alicis

et metuatis: et metus vos capiat in ipsiis. Ut sa itaq; turba de retro et ab ante adorantes. dicite in cordibus vestris. Te oportet adorari dñe. Angelus autē meus uobiscū ē. Ipse autē exquirā animas vestras. Nam ligna ipsorum posita a fabro: ipsa enī inaurata et inargentata falsa sunt: et nō possunt loqui. Et sicut virginis amanti ornanta: ita accepto auro fabricata sunt. Coronas certe aureas habent super capita sua dū illorū: unde subtrahunt sacerdotes ab eis aurū et argentū: et erogant illud in semetipsis. Dant autē et ex ipso prostitutis et meretrices ornat. et itez cū rēceperit illa a me retricibus ornat deos iūos. Ni autē non liberantur ab erugine et tinea. Optis autē illis veste purpurea extergent faciem ipsorum propter puluerē domus qui est plurimus inter eos. Sceptrū autem habet ut homo sicut index regionis: qui in se peccantē nō interficit. Habet etiam in manu gladiuz et securim: se autē de bello et a latronibus non liberat. Unde vobis notum sit: quia nō sunt dū. Nō ergo reuerimini eos. Sicut enī vas hominis cōfractū inutile efficitur: tales sunt et dū illorū. Constitutis illis in domo: oculi eorum pleni sunt puluere a pedibus intrœuntū. Et sicut alicui qui regē offendit circūseptē sunt ianue aut sicut ad sepulcrū adductā mortuū: ita multitū sacerdotes ostia clausuris et seris ne a latronibus expoliētur. Lucernas accendunt illos: et quidē multas: ex quibus nullā videre possunt. Sunt autē sicut tristes in domo. Ordina vero eorum dicūt elingere serpētes qui de terra sunt: dum comedunt eos et vestimentū ipsorum: et non sentiunt. Nigre sūt facies eorum a fumo: qui in domo sit. Supra corpus eorum et supra caput eorum v olant noctue et hirundines et aues enī similiter et catte. Unde sciatis q̄ nō sunt dū. Ne ergo timueritis eos. Aut enim quod habet ad specimen: nisi aliquis exterrit eruginē: non fulgebūt. Neq; enī dū conflarent sentiebat. Et omni precio empta sunt: in quibus spūs non est in ipsis. Sine pedibus in humeris portātur: ostentātes ignorabilitatem suam hominibus. Cōfundatur etiā qui colunt ea. Propterea si ceciderit in terra: a semetipsis nō consurgūt: neq; si quis eū statuerit rectū psemetipsū stabit. Iz sicut mortuis humeri illis apponētur. Hostias illorū vendūt sacerdotes ipsorum et abutuntur similiter et mulieres eorum decerpētes neq; infirmo neq; mendicāti aliquid inpiunt: dī sacrificiis enī usūt: et menstruate contingūt. Scientes itaq; ex his quia nō sunt dū: ne ti meatis eos. Unde enī vocātur dū: Quā muleres apponūt dīs argēteis: et aureis et lignis: et in domibus eorum sacerdotes sedent habentes tunicas scissas et caputa et barbam ramam: quorū capita nuda sunt. Rūgiūt autē clamantes cōtra deos suos sicut i cena mortui. Testimēta eorum auferūt sacerdotes: et vestiū uxores suas et filios suos. Neq; si qđ mali patiuntur ab aliquo neq; si qđ boni poterūt retribuere: neq; regē possunt

neqz auferre. Similiter neqz dare diuitias possunt neqz malum retribuere. Si quis ilius votum voverit et non reddiderit neqz hoc requirunt. Dominem a morte non liberant neqz infirmū a potentiore eripiūt. Domine cecum ad vitum non restituunt: de necessitate hominē non liberabūt. Tidue non miserebūt. neqz orphanis bene facient. Lapidibus de mōte similes sunt dū illorū lignei et lapi dei et aurei et argentei. Qui aut colunt ea confundent. Quomō ergo estimādum est aut dicendū illos esse deos: Adhuc enim ipsis chaldeis non honorātibus ea: qui cum audierint muum non posse loqui: offerūt illud ad bel: postulātes ab eo loqui: quasi possint sentire qui non habent motum. Et ipsi cum intellere rint: relinquēt ea. Sensu enī non habent ipsi dū illorū. Mulieres aut circūdate funibus in vijs sedent. succēdentes ossa oliuarū. Cū aut aliqua ex ipsis abstracta ab aliquo trāse unte dormierit cu eo proxie sue exprobrat q ea non sit digna habita sicut ipsa neqz funis eius diruptus sit. Omnia aut q illis fuit falsa sunt. Quomō estimandū aut dicendum est illos esse deos: A fabris aut et ab aurifici bus facta sunt. Nihil aliud erit nisi id quod volunt esse sacerdotes. Aurifex etiā ipsis q ea faciūt non sunt multi temporis. Numquia ergo possunt ea q fabricata sunt ab ipsis esse dū: Religunt aut falsa et opprobriū postea futuris. Nam cū superuenerit illis prēlium et mala: cogitat sacerdotes vbi se abscondat cū illis. Quomō ergo sentiri debeant qm dū sunt q nec de bello se liberant. neqz de malis se eripiūt: Nam cū sint lignea et inaurata et inargentata scīt postea q falsa sunt ab vniuersis gentibus et regibus q manifesta sunt: q non sunt dū sed opera manuū hoīm et nullum opus dei cū illis. Unde ergo notum est q non sunt dū: sed opera manuum hoīm: et nulluz dei opus in ipsis est. Regem regioni non solvit: neqz pluuiā hoībus dabunt. Ju dīcū quoqz non discernēt. neqz regiones liberabunt ab iniuria. q nichil possunt sicut cornicule inter medium celi et terre. Eteni cū incident ignis in domum decū lignorum et argenteorum et aureorum: sacerdotes qdēz ipsorum fugient et liberabūt: ipi i vero licet trabes in medio comburentur. Regi aut et bello non resistent. Quomō ergo estimandū est aut recipiendum q dū sunt: Non a furibus neqz a latronibus se liberabunt dū lignei et lapidei et inaurati et inargentati: quibus ini qui fortiores sunt. Aurū et argenti et vestimentū quo operi sunt auferent illis et abibunt nec sibi auxilium ferent. Itaqz melius est esse regē ostentantem virtutē suam: aut vas in domo vtile in quo gloriaatur q possidet illud vel ostium in domo qd custodit q in pace sūt q falsi dū. Sol quidez et luna ac sidera cum sunt splendida et emissā ad utilitates obaudiunt: similē et fulgur cū apparuerit perspicuum est. Idipsum aut et spūs i omni regione spirat: et nubes quibus cū imperatū fuerit a

deo perambulare in vniuersum orbem: per ficiunt qd impatum ē eis. Ignis etiā missus desup ut plumat mōtes et silvas facit qd pceptum ē ei. Nec autē neqz spēbus neqz virutibus vni eorū similia sunt. Unū neqz esti mandū ē neqz dicendū illos esse deos: quando non possunt neqz indiciū indicare neqz facere hoībus. Scientes itaqz qz non sunt dū ne ergo timueritis eos. Neqz enim regibus maledicēt neqz benedicēt. Signa enī i celo gentibus non ostendunt: neqz vt sol lucebunt. neqz illuminabunt vt luna. Bestie meliores sunt illis: q possunt fugere sub tecū. ac pdes sessibi. Nullo itaqz modo nobis ē manifestū qz sunt dū propter qd ne timeatis eos. Nam sicut in cucumerario. formido nihil custodit ita sunt dū illorū lignei et argētati et inaurati. Eodem mō et i horo spina alba supra quā omnis avis sedet. Similiter et morū proiecto in tenebris: similes sūt dū illorū lignei et inaurati et in argētati. A purpura quoqz et murice que supra illos teneat: scietis itaqz qz non sunt dū. Ipsi etiā postremo comedūt et erit opprobrium in regione. Melior ē hō iustus qui non habet simulacra: nam erit lōge ab opprobriis.

Explicit liber Baruch.

S:2010.00

**Z**ebiel prophe-  
tavit in Ezechiel propheta  
et dicit de rebus iudea capitulo  
xxvii et in babylonem:  
Iustus haec qui ut in capitulo fuit  
prophetatus penitentibus  
et regnante iherusalem kinto adulteria  
et iherusalem abut vnde ba-  
revis et celorum esse potius  
et regnum suum ex anno et capitulo  
xvi et regnum sicut aperte lo-  
quuntur lumen propheticum i cal-  
endis iuda poteruerunt  
et regnum domini ad mo-  
derandum et regnum multis impetu  
et regnum suum turritus.  
et regnum etiam regnum ha-  
bitant et regnum. Et regnum  
et regnum datur et beatus eo.  
et regnum quod eam cernerit et si  
et regnum ibidem habebit interpi-  
catis et alia dona et translatio  
et regnum tuum et translatio no-  
menque et comata nam  
et regnum iustum tribum. Et sit  
et regnum fiduciam a me dicere  
et regnum compellare et regnum.  
Et regnum cunctarum quae sunt  
et regnum fratribus quod  
et regnum fratres.